

CATALOGUE GÉNÉRAL
DES
MANUSCRITS
DES BIBLIOTHÈQUES PUBLIQUES
DE FRANCE

Les auteurs et les éditeurs déclarent réserver leurs droits de traduction et de reproduction à l'étranger.

Ce volume a été déposé au ministère de l'intérieur (section de la librairie) en janvier 1890.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE ET DES BEAUX-ARTS

CATALOGUE GÉNÉRAL
DES
MANUSCRITS
DES BIBLIOTHÈQUES PUBLIQUES

DE FRANCE

DÉPARTEMENTS — TOME XI

CHARTRES

PAR MM. OMONT, MOLINIER, COUDERC ET COYECQUE.



PARIS

LIBRAIRIE PLON

E. PLON, NOURRIT ET C^{ie}, IMPRIMEURS-ÉDITEURS

RUE GARANCIÈRE, 10

1890

Tous droits réservés

Fascicule 1 :

Introduction

INTRODUCTION

Les manuscrits de la Bibliothèque de Chartres, au nombre de 1,450 volumes, sont répartis en quatre séries distinctes :

Fonds ancien, n^{os} 1-814.
Histoire locale, n^{os} 1001-1340.
Fonds Roux, n^{os} 1501-1744.
Fonds Durand, n^{os} 1745-1796.

Le fonds ancien des manuscrits a été en grande partie formé par les bibliothèques des établissements religieux de Chartres supprimés en 1790. C'est le chapitre de la cathédrale qui a fourni les plus anciens et les plus nombreux manuscrits ; l'abbaye de Saint-Père vient immédiatement après pour l'importance et le nombre de ses manuscrits, puis les abbayes de Saint-Jean-en-Vallée et de Josaphat, le couvent des Dominicains de Chartres, etc.

CHAPITRE DE LA CATHÉDRALE.

Le chapitre de la cathédrale possédait depuis une date très ancienne une bibliothèque fort riche, qui ne le cédait point en réputation aux écoles de Chartres illustrées par Fulbert, et plus tard par Thierry¹. Les précieux registres de délibérations

¹ Voy. le discours préliminaire du *Catalogue des manuscrits de Chartres* (1840, in-8^o) et le mémoire de M. l'abbé Clerval sur l'*Enseignement des arts libéraux à Chartres et à Paris* (1889, in-8^o).

capitulaires¹ qui nous ont été conservés, presque sans interruption, depuis la fin du XIII^e siècle, contiennent de nombreuses mentions relatives aux manuscrits. On nous permettra d'en rapporter ici quelques-unes², qui montrent le soin jaloux avec lequel le chapitre savait conserver et augmenter sa bibliothèque :

1298, mardi après les SS. Gilles et Loup. — Tradita fuit magistro Poncio Remondi *Biblia* defuncti Hugonis de Parma, quam recepit dictus Poncius a capitulo in custodia. (Ms. 1007, vol. I, fol. CCVIII.)

1299, 5 février. — Magister Guillelmus Rigaut, cui traditum fuerat ad vitam suam quoddam *Missale*, quod magister G. de Puteolis dederat ecclesie, reddidit dictum Missale in capitulo, et cum hoc dedit ecclesie unum *Passionarium* in duobus parvis voluminibus ; que duo volumina fecerat scribi propriis sumptibus suis. Et ordinatum fuit quod dictum Missale et *Passionarium* erunt reposita in thesauro. (*Ibid.*)

1299, lundi après la S. Martin d'été. — Dominus Landolphus de Columpna recepit a capitulo librum *Boecii de consolatione* precariam, quam restituet ad voluntatem capituli. (*Ibid.*, fol. VIII.)

1299, lundi après *Misericordia*. — Capitulum voluit quod tradatur *Missale*, quod fuit defuncti Gaufridi de Puteolis, magistro G. de Pontibus ad corrigendum quoddam Missale domini episcopi novum ; quod Missale capituli dictus G. de Pontibus promisit se redditurum capitulo sanum et sine deterioracione. — Redditum fuit domino Stephano matriculario ad usum misse Beate Marie. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1299, 9 novembre. — E testamento Wyllani de Rossonno, canonico Carnotensi : « Item lego *Breviare* meum fabrice ecclesie Carnotensis. » (*Ibid.*, fol. CCIV.)

1299, 30 décembre. — Exequutores R., archidiaconi Blesensis, redderunt capitulo unam *Bibliam* quam idem archidiaconus habebat in deposito a capitulo. (*Ibid.*, fol. IX v^o.)

1300 (ou 1301), 1^{er} février. — Magister Johannes de Putheolis, canonicus Carnotensis, reddidit in capitulo quemdam librum qui vocatur *Epistole Pauli*, quem tenuerat precario a capitulo, et restituta fuit sibi littera quam capitulum habebat de dicto precario, et quittatus fuit et absolutus a dicto capitulo de dicto precario, presentibus in capitulo J. subdecano, Philippo Dunensi, G. Blesensi, A. Vindocinensi archidiaconis, et domno Conraldo de Mediolano, et dicto magistro Johanne de Putheolis, domno Lamberto de Castello et J. de Blesis. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1300, vendredi après la S. Martin d'été. — Tradita fuerunt Johanni de

¹ Bibliothèque de Chartres, mss. 1007-1009 (H. L. 37 et 39-40).

² Nous sommes redevables de ce dépouillement des registres capitulaires à l'obligeance de M. l'abbé Clerval, professeur au grand séminaire de Chartres, et à l'un de nos collaborateurs, M. E. Coyecque.

INTRODUCTION.



Plassiaco, presbitero, exequutori testamenti defuncti R. de Plassiaco, olim archidiaconi Blesensis, tresdecim volumina, tam legalia quam canonica, inter que tamen erat *Summa dictaminis*, in presentia Rogerii Arrona... junioris, ad hoc missi ex parte magistri Johannis de Roboreto, clerici regis, in cujus presentia posita fuerant in revestitorio dicta volumina... (*Ibid.*, fol. XII.)

1301, 4 août. — Reginus de Duxiaco, canonicus Carnotensis, reddidit in capitulo duos libros ecclesie accomodatos, videlicet *Boecium de consolatione* et *Macrobium*. Item dominus Landulphus accepit librum Boetii de consolatione a capitulo. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1302, 14 avril. — Magister Robertus de Noreio, canonicus Carnotensis, reddidit in capitulo per manus Rogerii Prioris, clerici, notarii capituli nostri, quendam *Bibliam* quam dictus magister Robertus nomine precario receperat precio X l. Qua die magister Petrus de Molendinis novis accepit dictam *Bibliam* precario a capitulo pro precio predicto, presentibus H. succentore, Philippo, Dunensi archidiacono, Landulpho de Columpna, J. de Sanctolio, J. de Putheolis, et pluribus aliis. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1302, 30 avril. — Magister Robertus de Noreyo, canonicus Carnotensis, recepit precario a capitulo quoddam *Missale* quod fuit defuncti Gaufridi de Putheolis. (*Ibid.*)

1303, 7 février. — Ordinatum fuit quod G. de Aur., G. Rigaut, J. de Putheolis, Poncius Raymondi et Landulphus de Columpna inquirant consuetudines ecclesie Carnotensis et eas in scriptis redigi faciant, et petant quemdam librum consuetudinum hujusmodi, quem subdecanus dixit se habere a defuncto magistro Roberto Cornuti, quondam archidiacono Carnotensi, vocato ad hoc Johanne Hostiarii cum ipsis, et injungant eidem Johanni Hostiarii ut ipse sibi afferat alium librum super consuetudinibus hujusmodi confectum, quem idem Johannes dixit se habere. (*Ibid.*, fol. CLXXIV.)

1303, 10 novembre. — Venerabilis vir magister Petrus de Molendino novo reddidit in capitulo quamdam *Bibliam* quam nomine precario a capitulo acceperat. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1303, 16 décembre. — Dominus Landulphus de Columpna assignavit et reddidit capitulo quosdam libros quos precario nomine tenebat a capitulo, videlicet libros primum *Johannis [Sarisberiensis] in Polic[ra]ticum*, item *quemdam librum Tyli Livii*, item *Boecii de consolatione*, item *invectiva Tullii in Kathilinam*, item *librum Philippicarum Tullii*. (*Ibid.*, fol. XXXIII v^o.)

1307, mardi après la fête des SS. Philippe et Jacques. — Predictus decanus tradidit in capitulo duo *Psalteria glosata*, que defunctus magister Guillelmus Rigaut legaverat ecclesie Carnotensi. (*Ibid.*, fol. LI.)

1308, 8 mai. — Dominus Landulphus de Columpna cepit in precario a capitulo librum *Orosii hystoriarum*. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1309, 18 juin. — Legavit [Egidius de Forterecia] dicte ecclesie *Missale* suum, quod multo sumptu et diligentia fieri fecit ut in ecclesia Carnotensi celebretur in eo. (*Ibid.*, fol. CCVI v^o.)

1309, 8 août. — Venerabilis vir dominus Landulphus de Columpna, canonicus Carnotensis, asportavit a capitulo quemdam librum antique littere, qui sic incipit : *Ego Fulbertus*, etc. (*Ibid.*, fol. LXIV v^o.)

1309, 12 novembre. — Dominus Landulphus de Columpna cepit a capitulo precario nomine libros quorum nomina subsequuntur : *Pompeyus Trogus* ; *item opusculum Petri Blesensis contra perfidiam Judeorum* ; *item Titus Levius*. (*Ibid.*, fol. CCVIII.)

1310, samedi après la fête de S^{te} Lucie. — Capitulum voluit quod venerabilis vir domnus P., subdecanus Carnotensis, retineat pro ecclesia quoddam *Missale*, quod fecit scribi venerabilis vir magister A. de Triangulo, canonicus Carnotensis, et quod conveniat de pretio prout sibi utilius viderit ecclesie. (*Ibid.*, fol. LXXV.)

1311, 26 janvier. — Venerabilis vir dominus R. de Brocia, canonicus et officialis Carnotensis, cepit a capitulo precario nomine quandam *Bibliothecam*, que sic incipit in primo folio, scriptura rubra : *Incipiunt capitula libri Ellesmoth. i. Exodus*. Item in nono folio textus sic incipit : *Frater Ambrosius, tua michi munuscula perferens, detulit*, etc. ; et sic terminatur in fine libri et ultima linea sic finitur : *opinionum rivulos consecrarer*. Quam Bibliothecam idem officialis redditurum promisit. — Quam postea reddidit. (*Ibid.*, fol. CXX v^o.)

1311, mercredi après *Quasimodo*. — Capitulum retinuit a venerabili viro magistro Adam de Triangulo, canonico Carnotensi, quoddam *Missale* pro precio quinquaginta libr. Carnot. (*Ibid.*, fol. LXXVII.)

1311, mercredi après l'octave de la S. Martin d'été. — Capitulum accepit quoddam *Missale*, quod fuit magistri Ade de Triangulo, pro pretio quinquaginta libr. Carnot. (*Ibid.*, fol. LXXIX.)

1311, 18 août. — Cum capitulum peteret sibi restitui quinque volumina legum, que dicebat et asserebat ad ipsum pertinere ratione legati sibi facti a defuncto magistro Gaufrido Gorinti, que tradita fuerunt in custodiam venerabili et discreto viro magistro Johanni de Jessia, canonico Carnotensi, que sunt bec : *Digestum novum, Digestum vetus, Anforciatum, Parvum volumen et Codicem*, capitulum voluit quod dictus magister Johannes dicta volumina predicto filio dicti Gaufridi Moterée recederet, donec capitulum pleniorum deliberacionem habuisset. (*Ibid.*, fol. LXXXVI.)

1311, 11 septembre. — Dominus decanus reddidit in capitulo libros quos precariarum nomine receperat a capitulo. (*Ibid.*, fol. LXXX.)

1312, 5 février. — Venerabilis vir R. de Brocia reddidit in capitulo unam *Bibliothecam* et unum *Missale*, quod fuit defuncti Guillelmi de Putheolis, quos libros precario nomine tenerat a capitulo. (*Ibid.*, fol. CXXII.)

1312, 31 mai. — Gaufridus dictus Moterée, de Morenceiis, monitus fuit auctoritate privilegiorum ut reddat capitulo et afferat in capitulo quinque volumina, que defunctus magister Gaufridus Gorinti tenebat a capitulo, dum vivebat, et ea reddat infra Nativitatem beati Johannis Baptiste, alioquin excommunicabitur. (*Ibid.*, fol. LXXXIII.)

1312, 18 juin. — Capitulum suspendit monicionem et processum fac-

INTRODUCTION.



tum contra Gaufridum Moterée, de Morenceiis, in statu in quo est usque ad beneplacitum capituli ratione et occasione quorundam librorum legalium et aliorum, quos petit capitulum ab eodem, ita tamen quod dictus Gaufridus libros qui petuntur ab eodem ratione legati seu mutui ratione executionis defuncti magistri Gaufridi Gorinti, quondam clerici capituli, ponat et tradat in manu venerabilis et discreti viri magistri Johannis de Jessia, canonici Carnotensis, donec capitulum viderit ad quem debeant pertinere. (*Ibid.*, fol. LXXXIV v^o.)

1313, 24 juin. — Ordinatum est quod *Breve* ecclesie corrigatur. (*Ibid.*, fol. CXCVIII.)

1313, 25 août. — Guericus, clericus chori, reddidit in capitulo quoddam *Graduale* quod defunctus magister Robertus de Silvanecto, quondam subcentor, tenebat a capitulo. Quod *Graduale* capitulum tradidit sacristis ecclesie custodiendum et pro serviendo in choro. Dictum autem *Graduale* erat in parvo volumine et habebat fermatoria argentea. (*Ibid.*, fol. XCII v^o.)

1313, 16 décembre. — Capitulum concessit quod quidam liber antiquus *Boetii de consolatione* accomodetur magistro Symoni, clerico chori. (*Ibid.*, fol. XXXIII v^o.)

1316, 11 décembre. — Venerabilis vir Theobaldus de Alneto, decanus Carnotensis, reddidit in capitulo quoddam *Psalterium glosatum*, quod a capitulo precario nomine receperat. (Ms. 1008, fol. 39.)

1317, lundi avant la Nativité de S. Jean-Baptiste. — Capitulum quitavit venerabilem virum et discretum magistrum Egidium de Condeto, archidiaconum Vindocinensem, de sexaginta libris Carnot., quas debebat de emptione cujusdam *Missalis* pulcherrimi et unius *Breviarii*, in duabus partibus, ad usus ecclesie Carnotensis, quos emerat ; ita quod ipsos libros haberet quamdiu viveret et post ejus decessum erunt ecclesie Carnotensis. (*Ibid.*, fol. 46 v^o.)

1318, mercredi après la fête de S. Remi. — Venerabilis vir dominus Petrus de Condeto, canonicus Carnotensis, reddidit in capitulo unum *Missale* pulcherrimum, in duabus partibus, et unum *Breviare*, in duabus partibus, quos defunctus magister Egidius de Condeto, canonicus Carnotensis et archidiaconus Vindocinensis, dederat ecclesie post ejus obitum ecclesie reddendum.

Item idem dominus Petrus, nomine dicti defuncti, reddidit in capitulo quoddam *Psalterium glosatum* et *Expositiones Evangeliorum*, quos idem defunctus ceperat precario nomine ab ecclesia et super istis concessit capitulum sibi litteram quictionis.

Item dicta die, venerabilis vir dominus Landulphus de Columna, canonicus Carnotensis, cepit precario nomine dictum *Psalterium glosatum*, quem reddere promisit capitulo et ecclesie quocienscumque super hoc fuerit requisitus. (*Ibid.*, fol. 50 v^o.)

1319, 18 juin. — Les exécuteurs testamentaires du chanoine Egidius de Forterecia rendent au chapitre « quoddam *Bibliothecam*, item *Epistolae Petri et Pauli*, item unum *Psalterium glosatum*, quos libros venera-

bilis vir dominus Guillelmus Tyerrici nomine capituli recepit in thesauro ecclesie cum libris aliis deponendos et conservandos ».

Item assignaverunt capitulo quoddam *Missale* pulcherrimum, quod idem defunctus magno sumptu fieri fecit et quod ecclesie legavit et dedit [ut] in ecclesia celebretur in eo. (*Ibid.*, fol. 67 v^o.)

1320, mardi de la Pentecôte. — Venerabilis vir dominus Petrus, subdecanus Carnotensis, reddidit in capitulo libros quos habebat ab ecclesia : primo librum *Ysidori* ; item librum *Nomina confratrum ecclesie Carnotensis* continentem, coopertum de argento cum ymaginibus Majestatis et Crucifixi ; item *Glossa super Evangelii et Epistolis* ; item unum *Psalterium glosatum*, quem venerabilis vir magister Johannes de Autissiodoro, canonicus Carnotensis, recepit precario a capitulo ; item *Pastoralem Gregorii* ; item *Decretales veteres*, quas defunctus dominus Legorius (?) habuerat ; item *Tytum Livium* ; item *Gestus Francorum et originum regum Francie*. (*Ibid.*, fol. 77.)

1324, samedi après les *Brandons*. — Capitulum precepit venerabili viro magistro P. de Condeto, canonico Carnotensi, quod ipse solvat cancellario Equatuor libras turon. pro libris ecclesie religandis. (*Ibid.*, fol. 116 v^o.)

1328, samedi après la S. Etienne. — Venerabilis vir magister Nicolaus de Braya, canonicus Carnotensis, cepit precario seu mutuo a capitulo unum bonum *Missale*, coopertum de corio rubeo, in grossa littera bene formata, sine nota, quod dominus Landulphus de Columpna, canonicus Carnotensis, capitulo restituerat, cum novem aliis libris tam parvis quam magnis, qui positi fuerunt in thesauro, prout in hoc volumine plenius continetur. Et incipit dictum missale : Ad te levavi animam meam ; et sic finit : simplex Trinitate coeterna gloria. Amen. (*Ibid.*, fol. CLI.)

1331, mercredi après la S. Pierre et S. Paul. — Dominus R. decanus tradidit in capitulo duo parva volumina rubea in quibus continentur *Legende plurium sanctorum* per circulum anni.

Dicta die magister Symon de Sancto Clodoaldo tradidit in capitulo *Psalterium glosatum* ; item *Servicium S. Ludovici et Conceptionis* ; item *Graduale* notatum, in parvo volumine, quem tenebat precario a capitulo.

Dicta die dominus R. decanus cepit precario a capitulo *Graduale* supra dictum. (*Ibid.*, fol. 261 v^o.)

1331, samedi après l'Assomption. — Petrus de Oluns presbiter restituit capitulo duos libros *de Astronomia et Geometria*, quos precario jamdudum receperat a capitulo Carnotensi. (*Ibid.*, fol. 262.)

1334, février. — Ordre aux chanoines de rapporter les livres, documents, chartes, joyaux, etc., qu'ils peuvent avoir, appartenant au chapitre. (*Ibid.*, fol. 65 v^o ¹.)

1334, mardi avant la Nativité de S. Jean-Baptiste. — Venerabilis vir magister Guillelmus Terrici, canonicus Carnotensis, cepit precario a capitulo quoddam *Graduale* pulcherrimum, in parvo volumine, cum nota.

¹ 1336, juin. — Ordre semblable. (*Ibid.*, fol. 75.)

Dicta die venerabilis vir magister Johannes de Parisius, canonicus Carnotensis, cepit precario a capitulo quemdam librum *de Doctrina christiana*, in mediocri volumine et *Exposiciones super Matheum et Marcum*, in quodam alio volumine, in bona littera ; item *Genesis*, glosatum, in optima littera. (*Ibid.*, fol. 264.)

1334, mercredi après l'Assomption. — Magister Guido de Logiis, canonicus Carnotensis, restituit capitulo duos libros, unum videlicet qui vocatur *Regimen sanitatis puerorum*, et alium qui vocatur *Ovidium*, pulcrum et glosatum, quos tenebat a capitulo precario, et quos quidem magister Nicholaus de Braya, canonicus Carnotensis, cepit a capitulo precario. (*Ibid.*, fol. 265.)

1335, 17 avril. — Executores defuncti Petri de Condeto reddunt quoddam *Missale*, in grossa littera, cum nota, in duabus partibus magni voluminis, quod defunctus precario tenebat a capitulo. (*Ibid.*, fol. 265 v^o.)

1336, 3 février. — Symon de Sancto Clodoaldo, canonicus Carnotensis, cepit precario a capitulo quemdam librum qui vocatur *Epistole Pauli*, glosatum, in magno volumine et in littera grossa et optima. (*Ibid.*, fol. 267 v^o.)

1336, mardi après la S. Martin d'été. — Magister Nicholaus de Braya, canonicus Carnotensis, tenens a capitulo precario unum *Missale* integrum in uno volumine, et unum *Salterium* glosatum, ipsa restituit capitulo. Que iterum a capitulo precario accepit promittens ipsa restituere ad beneplacitum capituli et mandatum se et sua quoad hec obligandi.

Dicta die magister J. de Cantumerule, succentor ecclesie Carnotensis, tenens precario a capitulo unum altare parvum benedictum marmoreum, unum parvum *Breve ordinarium* et unum quaternum parvum *super expositione Evangeliorum*, ipsa restituit capitulo, que iterum a capitulo accepit. (*Ibid.*, fol. 268.)

1336, samedi après la Nativité de S. Jean-Baptiste. — L. de Meleduno, cantor ecclesie, asportari fecit in capitulo duos libros quos a capitulo tenebat precario, videlicet *Epistolas Pauli* glosatas et unum *Psalterium* glosatum. (*Ibid.*, fol. 268 v^o.)

1336, samedi après la S. Martin d'été. — Magister Johannes de Parisius, canonicus Carnotensis, restituit capitulo libros sequentes quos tenebat precario a capitulo : primo *Evangelia* pulcra Mathei et Marci, glosata, in uno volumine, et *Genesim*, pulcrum glosatum, in uno volumine ; item quasdam *Expositiones Evangeliorum* antiquas, quas sibi tradiderat dominus Gaufridus de Capsa ; item librum *de doctrina christiana* ; item quemdam alium librum antiquum grossum *de concilio Calcedonensi*. (*Ibid.*, fol. 269.)

1337, mercredi après la S. Remi. — Dominus Richardus de Hanesiis restituit capitulo quoddam magnum *Missale* integrum, in uno volumine, quod situatum est nunc in revestiaro ecclesie pro canonicis ad dicendum in eo officium missarum per circulum anni. (*Ibid.*, fol. 270.)

1338, samedi après l'Invention de S. Étienne. — Subdecanus cepit in thesauro unum librum *Episcopale* ad faciendos ordines et unum alium librum *Anniversariorum*. (*Ibid.*, fol. 270 v^o.)

1338, mardi après *Reminiscere*. — Magister Guillelmus de Mesvillio, canonicus Carnotensis, tradidit in capitulo unum librum *Pontificale* et quasdam litteras regias, quas magister Nicholaus de Braya habebat a capitulo. (*Ibid.*, fol. 271 v^o.)

Dominus Nicolaus de Nealpa tradidit in capitulo domino succentori unam *Bibliam*, que fuit domini episcopi Pate.

Item dominus camerarius dedit in capitulo presenti omnes libros suos quoscumque, videlicet III *Decretales* et quinque volumina Legum et alios libros suos quoscumque. (*Ibid.*, fol. 272.)

1339, 1^{er} juin. — Dominus Egidius cancellarius cepit in thesauro quoddam bonum *Martirologium* cum obitibus. (*Ibid.*, fol. 273 v^o.)

Dominus cantor cepit precariam a capitulo quemdam librum qui vocatur *Augustinus de Civitate Dei* et *Jeronimum*.

Executores defuncti Guillelmi Terrici tradiderunt capitulo et restituerunt parvum *Gradale* notatum. (*Ibid.*, fol. 274.)

1339, 26 juin. — Ordinatum est quod fiant de novo ad expensas capituli duo libri in ecclesia necessarii, videlicet *Mart[ir]ologium* et *Liber precariarum*, in quibus addantur ac inscribantur redditus de novo ecclesie dati aut eciam acquisiti. Et fiat *Mart[ir]ologium* ad ordinacionem domini Garnerii de Oquis, et *Liber precariarum* ad ordinacionem Petri Mileti, clerici et secretarii nostri capituli Carnotensis. (*Ibid.*, fol. 91 v^o.)

1341, samedi de l'octave de la Purification. — L. de Urbe veteri, canonicus Carnotensis, restituit in capitulo libellum *Herbulare*.

J. succentor cepit precario quamdam *Bibliothecam* que fuit reverendi patris bone memorie domini J. Paste, quondam episcopi Carnotensis.

Dicta die placuit capitulo quod dictus dominus J. succentor habeat perpetuo duos minimos libellos parvi valoris pro decem solidis.

J. de Parisius, canonicus Carnotensis, restituit capitulo duos libros, videlicet unum *de Medicina pro pueris nutriendis* et unum textum *Decretorum*.

Idem cepit precario unam *Bibliothecam*.

E. cancellarius cepit unum librum *Pontificale*.

J. Graciosi, canonicus Carnotensis, cepit partem *Virgilio et heydos* [*Eneidos*] et commentaria super *Bucolica Virgilio*, in duobus voluminibus. (*Ibid.*, fol. 277.)

1342, lundi après la S. Matthieu. — E. de Loygnico, cancellarius Carnotensis, restituit duos libros, unum qui vocatur *Horarius* et alium librum *Episcopale*. (*Ibid.*, fol. 278.)

1344, 1^{er} février. — Dominus Lucas de Urbe Veteri restituit capitulo duos libros *Passionar. Galieni artis medicine...* et *Galienum de febris*. (*Ibid.*, fol. 283.)

1345, mercredi après la fête du S. Sacrement. — Executores defuncti Garini de Oquis reddunt : unam veterem *Legendam*, que sic incipit : *Credimus sanctam Trinitatem* ; item unam aliam *Legendam*, que sic incipit : *Passio S. Alexandri pape* ; item unam aliam *Legendam*, que sic incipit : *Mellito servus Christi* ; item unum *Antiphonarium* novum, qui sic incipit :

In anno quo secunda feria Natale Domini evenerit ; item unam partem *Biblie* que sic incipit : In principio creavit Deus celum et terram ; item *Psalterium Fulberti* ; item unum *Gradale* ; item unum novum *Missale* ; item unum novum *Epistolare*. (*Ibid.*, fol. 283 v^o.)

1346, 16 août. — Dominus Petrus de Tailliata, canonicus Carnotensis, restituit quemdam librum qui vocatur *Lectura Jacobi super Digesto novo*.

Item Johannes de Parisius, canonicus Carnotensis, restituit capitulo *Epistolas Pauli* pulcras, in magno volumine. (*Ibid.*, fol. 284 v^o.)

1363, février. — Ordinatum fuit quod ad expensas fabricæ et per consilium magistri Johannis de Novocastro scribatur *Repertorium* litterarum, capsarum et inventarium jocalium fabricæ et ecclesie in duobus libris seu partibus. (*Ibid.*, fol. 221.)

1364, février. — Ordinatum est quod accipiatur unus *Martilogiorum* antiquorum, de meliori littera, et corrigatur in ista Quadragesima, et scribantur anniversaria de novo, ad expensas fabricæ, et ad hoc fuit deputatus magister Johannes de Novocastro. (*Ibid.*, fol. 226.)

1365, février. — Capitulum ordinavit quod de XXXV libris vel circa quas dominus Bernardus Bajuli, canonicus, habet de defectibus servicii subdiaconorum ecclesie, ad quos levandos fuerat deputatus, convertantur XV l. in scriptura *Repertorii* litterarum et *Martilogii* anniversariorum ecclesie... capitulum commisit ad faciendum emundari et fieri martilogium ecclesie dominum cantorem. Item commisit dominos succentorem et Gregorium Chautandi ad corrigendum *Repertorium* litterarum ecclesie et faciendum illud scribi prout viderint faciendum ; et voluit capitulum quod ipsi habeant omnes distributiones suas vacando hujusmodi negocio, et ultra hoc matutinas suas lucentur, dum tamen hora misse Beate Marie inceperint laborare. (*Ibid.*, fol. 232 v^o.)

1366, 6 février. — Statutum fuit et ordinatum in hoc capitulo generali, pensata utilitate ecclesie, quam citius quam fieri poterit, infra festum Penthecostes ad tardius, fiat inventarium de omnibus gemmis et aliis jocalibus existentibus circa capsam et tabulas altaris et capita sancte Anne, sancti Leobini et sancti Mathei, et alias reliquias ecclesie, necnon de omnibus reliquiis, jocalibus, capis et pannis sericis, ornamentis, libris et aliis quibuscumque bonis et rebus dicte ecclesie et sub instrumento publico tradantur et assignentur in custodia seu deposito capicerio, matriculariis et aliis ad quos hoc noscitur pertinere ; et dicto inventario facto et rebus et bonis hujusmodi traditis in deposito, ut fertur, quod de cetero anno quolibet ad festum Penthecostes, tribus diebus, lune videlicet, martis, mercurii, cum continuacione dierum sequencium, reliquie, jocalia, res et bona hujusmodi visitentur et de illis capicerius, et custodes et alii quos tanget compellantur reddere rationem. Et, ut negocio hujusmodi domini de capitulo diligentius intendere habeant et vacare, ordinatum fuit et statutum quod anno quolibet de pecunia fabricæ accipiatur summa X l. distribuenda in hunc modum, videlicet cuilibet dominorum, qui dictis tribus diebus et aliis continuandis propter hoc, si sit opus, hujusmodi visitacioni et negocio perficiendo vaca-



INTRODUCTION.

verit et interfuerit a pulsacione campane ad missam prime usque ad prandium, singulis diebus, eorum singulis duos solidos turonensium die qualibet persolvendos. (*Ibid.*, fol. 238.)

1370, 11 février. — Fuit ordinatum quod magistri J. Rogerii et A. de Cantumerula, alias deputati ad faciendum librum *Feodorum* ecclesie, procedant in negocio hujusmodi indilate ; et, ut diligentius vacare habeant in hoc facto, capitulum dedit cuilibet eorum decem libras, et clerico cum eis scribenti LX s. accipiendos, etc. Et fuit ordinatum quod dictus A. tradat de peccunia quam levare poterit de defectibus servicii quos levat, ad habendum papirum et pergamenum necessarium in hac parte. (Ms. 1007, vol. III, fol. XVII.)

1379, 8 février. — Capitulum ordinavit quod in ista Quadragesima fiat inventarium de capis, jocalibus, lapidibus preciosis sancte capse, libris et aliis ornamentis ecclesie Carnotensis. Et ad faciendum dictum inventarium deputati sunt magistri Geraldus de Magnaco, prepositus de Auversio, Petrus Guete, senior, et Petrus Mohier. (*Ibid.*, fol. L.)

1406, 4 février. — Capitulum voluit et ordinavit quod *Breves* librorum ecclesie, in quibus fit divinum servcium ipsius ecclesie, refficiantur et corrigantur, et in tali forma reponantur quod amodo nulle fiant questiones pro divinis serviciis faciendis ; sed, dictis *Brevibus* sic reffectis, stetur omnino. (*Ibid.*, fol. VII^{xx} III.)

1411, 7 août. — Capitulum deliberavit et voluit quod fiet quedam libraria prope istam ecclesiam, de peccunia que poterit haberi et recipi ab executoribus defuncti domini de Coucy, qui decessit in Turquia vel in Ungaria ; et ad eligendum locum in quo fiet dicta libraria, deputati sunt et commissi magistri Johannes Luqueti et Henricus Chiquot una cum provisoribus fabrice ; et etiam ad peccuniam habendam et recipiendam et procurandam a dictis executoribus et ad refferendum capitulo totum id quod super hoc fieri poterit et debet.

Item predicti domini commissarii retulerunt in capitulo quod advisarunt una cum lathomis expertis locum et plateam pro dicta libraria faciendam, videlicet super domum Pretorii in quo consueverunt teneri placita coram officiale capituli ; et audita eorum relacione, capitulum deliberavit quod ibidem fiat dicta libraria. (*Ibid.*, fol. VIII^{xx} VII v^o.)

De nombreux dons vinrent encore enrichir, aux XIV^e et XV^e siècles, la bibliothèque du chapitre¹. Parmi ses bienfaiteurs, on doit citer, entre autres, le chanoine Guillaume de Saint-Bénigne qui, en 1414, fit don à son église de onze volumes, dont la liste nous a été conservée en tête du manuscrit 165 (201) :

¹ On trouvera dans le Catalogue, à la suite des notices des différents manuscrits, la reproduction *in extenso* des notes qui ont conservé le souvenir de ces donations.

- [1. — Biblia. N° 165 (201).]
2. — Rationale divinatorum officiorum. N° 285 (341).
3. — Textus Sententiarum. N° 325 (363).
4. — Historia scolastica. N° 219 (226).
5. — Legende sanctorum.
6. — Alphabetum narrationum exemplarium. N° 252 (274).
7. — Apparatus Archidiaconi supra Sextum Decretalium. N° 309 (328).
8. — Casus Bernardi supra quinque libros Decretalium. N° 315 (337).
9. — Summa Gauffredi. N° 329 (367).
10. — Lectura Compostolani supra Decretales. N° 299 (316).
11. — Computus cum multis et diversis tabulis.

Peu après la donation de Guillaume de Saint-Bénigne, l'évêque de Chartres, Guillaume Bèchebien († 1459), légua aussi à son église plusieurs manuscrits médicaux (n^{os} 224, 278, 293, 393, 403, 406 et 417).

Il faut arriver jusqu'à la fin du XVI^e siècle pour trouver un inventaire assez détaillé de la bibliothèque de la cathédrale¹. Cet inventaire, qui mentionne plus de 200 volumes et semble l'œuvre d'un érudit contemporain, nous a été conservé dans le volume 673 de la collection Dupuy². On nous permettra, malgré son étendue, de le reproduire ici, à cause des détails nombreux qu'il fournit sur les manuscrits :

LIBRI MANUSCRIPTI BIBLIOTHECÆ ECCLESIE BEATÆ MARIE MARIE CARNOTENSIS.

- 1-2. Liber Pastoralis beati Gregorii, papæ urbis Romæ, fol. et in-8°, optimæ notæ.
3. Excerpta ex libro Ambrosii de officiis, 8°.
4. Dionysii Areopagitæ liber de divinis nominibus, 4°.
5. Isidorus de mundo et de officiis, 4°, majusculis litteris, optimæ notæ.
6. In hoc volumine continentur libri domini Guillelmi Parisiensis : 1^{us} liber de anima, 2^{us} de rhetorica vel oratione divina, 3 de penitentia, 4^{us} de collatione beneficiorum. Tractatus particularis de immortalitate animæ, fol.

¹ On a quelques notes de P. Pithou sur les manuscrits de la cathédrale de Chartres, qu'il avait vus en 1579, dans le volume 673 (fol. 35) de la collection Dupuy.

² Fol. 133-138. — Une copie incomplète de cet inventaire se trouve aux fol. 57-60 du manuscrit latin 10393 de la Bibliothèque nationale. Le P. Labbe en avait imprimé quelques extraits dans sa *Nova bibliotheca mss.* (1653, in-4°, p. 53-54).

7. Ejusdem magistri Guillelmi summa, fol.
8. Ejusdem Guillelmi, Parisiensis episcopi, liber de Trinitate, liber de universo ; ejusdem tractatus cur Deus homo, fol.
9. Vitæ sanctorum Patrum. Incipit vita S. Johannis ; incipit vita de sancto Ammone, fol., optimæ notæ¹.
- 10-12. Concordantiæ Bibliorum, et Biblia integra, 3 vol., fol.
13. Guillelmi, Parisiensis episcopi, liber de fide et legibus. Ejusdem liber de sacramentis, de virtutibus et vitiis, fol.
14. Dialogorum Gregorii, papæ urbis Romæ, libri 4 de miraculis patrum Italicorum. Incipit de Honorato, abbate monasterii Fundensis, etc. ; fol., optimæ notæ.
15. Admonitiones et homiliæ beati Cesarii ; in-4°, optimæ notæ.
16. Sancti Hieronimi contra Jovinianum de secundis nuptiis libri 2 ; fol., optimæ notæ. In eodem volumine S. Ambrosii de lapsu virginis consecratæ, Susannæ nomine. Ibidem Aurelii Augustini contra Maximum, Arrianorum episcopum, libri 3. Ibidem ejusdem liber de divinatione demonum. Ejusdem contra Donatistas de baptismo libri 7 ; fol., cum glossis et annotationibus.
17. Novum Testamentum, videlicet 4. Evangelistæ ; fol., latine, optimæ notæ.
18. Martyrologium ; fol. Sic incipit : In nomine Domini nostri Jesu Christi. Incipit vita beati Felicis, presbyteri Nolani ; et continet 29 vitas. In capite est hunc librum jussu Arnoldi describi ; bonæ notæ.
19. Homiliæ domini Aemonis in diebus dominicis seu in festis totius anni ; fol.
20. Regula canonicorum ; fol.².
21. S. Augustini de doctrina christiana libri 4^{or} ; in-4°, bonæ notæ.
22. Ejusdem retractationes et sermones de lapsu mundi et avaritia ; 4°.
23. Ejusdem ad Januarium epistola. Incipit de diversis consuetudinibus ecclesie ; 4°, bonæ notæ.
24. Ejusdem de incarnatione et divinitate Christi ; 4°, bonæ notæ.
25. Ejusdem in libros de doctrina christiana ; 4°.
26. Ejusdem liber ad Paulum et Eutropium episcopos. In eodem volumine, ejusdem liber de natura gratiæ. Ibidem ejusdem epistolæ 2 dilectissimo et in Christi membris honorato fratri Valentino. Ibidem ejusdem ad Valentinum monachum de gratia et libero arbitrio. Ibidem epistola Prosperi ad sanctum Augustinum : Ignotus tibi quidem facie, etc. Ibidem epistola sancti Hilarii ad sanctum Augustinum : Si cessantibus contradicentium quæstionibus, etc. Ibidem ejusdem sancti Augustini de prædestinatione sanctorum ; 4°, bonæ notæ.
27. Ejusdem contra Julianum Pelagianum ; fol.
28. Ejusdem contra Faustum hæreticum ; fol., bonæ notæ.

¹ En marge : 6° *pulpito ad sinistram, gros ; aliud exemplar pulpito 8°.*

² En marge des articles 21-33 : 7° *pulpito ad sinistram.*

29. Ejusdem de confessione ; fol., bonæ notæ.
 30. Canones apostolorum ; 2 vol., fol., gros.
 31. Excerptum de canonibus ; 8^o.
 32. Brocardi, Wormatiensis episcopi, ad Brunonem libri XX. I^{us} continet de potestate et primatu sedis apostolicæ ; fol.
 33. Chronicæ quædam ; principium deest. Incipit lib. 7, an. CCI, de eo quod Macedonicum et Africanum regnum se tutores et curatores, etc. An. CCII, de Domino nostro Jesu Christo, quod anno ab urbe condita 752 natus est. An. CCIII, de Herode et nece Infantium. Post multo sequitur : Explicatæ sunt quam brevissime fines Asiæ, nunc Europam quantum cognitioni hominis conceditur stilo pervagabor, a montibus Riphæis, etc. ; 4^o, bonæ notæ¹.
 34. Vitæ et passiones diversorum sanctorum. Incipit vita vel assumptio sancti Johannis apostoli, vita S. Sylvestri papæ, passio beatæ Columbæ virginis ; fol., bonæ notæ².
 35. Vitæ sanctorum monachorum ; fol.
 36. Vita S. Maurillii antistitis ; sic incipit : Sanctissimo sanctæ Parisiorum matris ecclesiæ præsuli, domino Germano Gregorius, Turonicæ metropolis humillimus episcopus, salutem, etc. ; bonæ notæ.
 37. Legendæ sanctorum ; in-4^o.
 38. De mysteriis ecclesiasticis ; fol.
 39. Rationale divinorum officiorum, ubi agitur de ecclesiasticis locis et ornamentis, de consecrationibus et sacramentis, etc. ; fol.
 40. Tractatus utilis super totum officium missæ, editus et compilatus per fratrem B. de Parentinis, ordinis Prædicatorum, provinciæ Tolosanæ. Sicut legiur, in Albia, presentibus pluribus doctoribus et canonicis, anno Domini MCCCXXXIX ; et incipit feria quinta post Cineres ; fol.
 41. Hugonis summa de septem sacramentis ; 4^o.
 42. Legendæ sanctorum ; fol.
 43. Tractatus de virtutibus ; fol.
 44. Tractatus moralis de viciis ; fol.
 45. Martyrologium ; fol., optimæ notæ. Incipit præfatio sequentis operis, quo genere vel quo cultu martyres sancti bonorandi sint, ex libris beati Augustini episcopi, doctoris ecclesiæ. Præfatio sic incipit : Populus christianus memorias martyrum religiosa solemnitate concelebrat. Incipit martyrologium per anni circulum. VIII kal. jan. In Bethleem Judæ, nativitas Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, etc.
 46. Legenda sanctorum, compilata a fratre Jacobo, natione Januensi, de ordine fratrum Prædicatorum ; fol.³.
 47. Liliū medicinæ ; fol.
 48. De compositione medicinarum ; fol.
 49. Turigianus in Galenum ; fol.

¹ En marge : *Cum Orosio.*

² En marge : 6^o *pulpito ad sinistram, fort gros.*

³ En marge : 6^o *pulpito ad sinistram.*

50. Liber medicinæ, in quo continentur hi libri : Theophilus de urinis. Aphorismi Hippocratis cum commentario ; ejusdem liber de prognosticis. Phylaretus de pulsibus ; fol.

51. Liber Serapionis de simplicibus, ex arabico in latinum versus ; fol.

52. De elementis Galeni, de complexionibus, de simplici medicina ; fol.

53. Commentarii in isagogas Johannitii ; fol.

54. Johannitii isagogæ in Galenum ; fol.

55. Isagogæ Johannitii, textus artis Hippocratis, urinæ Theophili ; fol.

56. Avicenna ; fol.

57. Alexander iatros ; 4°, optimæ notæ.

58. Primum volumen Philonii ; fol.

59. Viaticus cum commento, practica puerorum, regimen acutorum Bernardi de Gordonio ; fol.

60. Oribasius, majusculis litteris, optimæ notæ ; fol.¹.

61. Galeni plures libri ; fol.

62. Galenus de diversitate febrium. Ejusdem prognostica ; fol., optimæ notæ. Perisfigemon isagogus ibidem.

63. Liber ruralium commodorum a Petro de Crescentiis, cive Bononiensi, compilatus in honorem regis Caroli ; fol.

64. Dictionarium ; fol.

65. Martianus Capella cum glossis, optimæ notæ ; in-4°. In fine : Marciani Minei Felicis Capellæ Afri Carthaginensis de harmonia liber VIII explicit feliciter².

66. Boetius de consolatione cum glossis, optimæ notæ ; fol.³.

67. Boetius de musica ; fol., optimæ notæ⁴.

68. Boetii arithmetica ; fol., optimæ notæ.

69. Boetii arithmetica ; fol., optimæ notæ.

70. Aristotelis liber de anima ; fol.

71. Paulus Orosius ; fol., optimæ notæ⁵.

72. Euclidis geometria ; 4°.

73. Beda de computo, optimæ notæ ; fol.⁶.

74. Ciceronis rhetorica cum commentario Victorini ; fol., optimæ notæ.

75. Liber canonum astronomicorum Ptolemei, cum geometria Euclidis et aliis pluribus de geometria, arithmetica et astronomia, tam a Boetio quam ab aliis ; in-4°.

76. Volumen artis grammaticæ ; sic incipit : Secundum Donatum vox est aeris ictus. Post sequitur : Incipiunt excerptiones de Prisciano ; in fine

¹ En marge : 5° *pulpito ad sinistram*.

² En marge : 4° *pulpito ad sinistram*.

³ En marge : 4° *pulpito ad sinistram*.

⁴ En marge : 3° *pulpito ibidem*. En marge de l'article suivant : *Ibidem*.

⁵ En marge : 4° *pulpito ad sinistram*. — *Aliud exemplar*, 6° *pulpito ad sinistram*.

⁶ En marge : 3° *pulpito ad sinistram*, 2° *exemp.* En marge de l'article suivant : *Ibidem*.

INTRODUCTION.

XV

libri hæc verba : Finit tractatus super numerum partium orationis secundum diversos auctores ; fol., optimæ notæ¹.

77. Collectio diversarum litterarum, formarum ac processuum secundum stilum Romanæ curiæ ; sic incipit : Exhortatio ad soldanum ut suscipiat fidem Christi. Alexander episcopus, servus servorum Dei, magnifico viro soldano Persarum, veritatem agnoscere et agnitam custodire, etc. ; fol.².

78. S. Johannis Apocalypsis ; fol., optimæ notæ.

79. Alcabizi liber de astronomia ; 8°.

80. Ciceronis rhetorica ; 4°³.

81. Eptateucon seu volumen septem artium liberalium. — In hoc volumine continentur libri plures Donati, Prisciani, prima et 2^a rhetorica Tullii, cum alia rhetorica, libri Porphyrii, liber prædicamentorum Aristotelis, libri περὶ ἐρμηνείας, liber priorum et liber topicorum ; post sequitur : Incipit prima editio Donati grammatici urbis Romæ ; fol., optimæ notæ⁴.

82. In hoc volumine continentur libri elenchorum Aristotelis, logica, rhetorica, Boetii arithmetica et musica, mathematica Julii Firmici [Materni]. Ibidem Martini junioris geometria, canones, tabulæ et alia de astronomia ; in-fol., optimæ notæ⁵.

83. Boetii liber introductionis in categoricos syllogismos, libellus de categoriis Aristotelis ab Augustino translatus, Boetii liber de hypotheticis syllogismis, Aristotelis categoriæ ab Augustino translatae, cum glossis et annotationibus ; 4°, bonæ notæ.

84. Glossarium latinum, optimæ notæ. Ibidem synonyma Ciceronis, in pr. : Abditum, opertum, etc. Ibidem : Incipiunt sententiæ Senecæ. Alienum est quicquid optando venit, etc. Ibidem glossæ spiritales juxta Eucherium episcopum. Ibidem sequitur grammatica, cujus principium deest : De verbo. Quid est verbum ? Pars orationis cum tempore et persona sine casu, etc. Ibidem : Incipit regula Aurelii Augustini de nomine. Ibidem ex libro breviario Pauli abbatis, sic incipit : Liber dictus a libro, id est arboris cortice. Ibidem, Ars Phocæ grammatici de nomine. Ibidem : Incipiunt latinorum regulæ ex Gregorio ; in-4°, optimæ notæ.

85. Commentum Anicii Manilii S. Boetii, ex consul, ord., super περὶ ἐρμηνείας Aristotelis ; a se verbum verbo e græco in latinum translatus liber primus incipit, cum glossis. Ibidem epistola M. Tullii Ciceronis ad Trebatium in topica, cum glossis. Ibidem sequitur : In hoc corpore continentur libri sex commentariorum Anicii Manilii Boetii, clariss. et inlustris de consulum ordinibus, ad Patricium, in topica M. T. Ciceronis ; 4°, optimæ notæ.

86. Isidori etymologiarum liber ; fol., optimæ notæ⁶.

¹ En marge : 3° *pulpito ad sinistram*.

² En marge : 3° *pulpito ad sinistram*.

³ En marge : 3° *pulpito ad sinistram*.

⁴ En marge : *Pulpito 3° ad sinistram, gros*.

⁵ En marge : 3° *pulpito ad sinistram*.

⁶ En marge : 2° *pulpito ad sinistram*.

87. Cathegoriæ Aristotelis a Boetio in latinum translatae, cum ejusdem commentario ; fol., optimæ notæ.

88. Ars Prisciani, viri disertissimi, grammatici Cæsariensis, urbis Romæ Constantinopolitanæ ; fol., cum glossis, optimæ notæ¹.

89. Isagogæ Porphyrii translatae de græco in latinum a Roscio philosopho. Ibidem cathegoriæ Aristotelis ab Augustino latine translatae ad filium suum Adeodatum. Prologus Alchuini diaconi ad Karolum augustum super cathegorias Augustini, et sic incipit : Continet iste decem naturæ verba libellus. Ibidem : Incipit liber Boetii de diffinitionibus. Ibidem epistola M. T. Ciceronis ad Trebatium in topica. Ibidem : Incipit peri ermeniarum liber I Aristotelis. Ibidem : Incipiunt peri hermenia Apulei. Ibidem Boetii de topicis differentiis libri 4. Ibidem Boetii divisionum liber. Ibidem ejusdem in cathegoricos syllogismos introductionis libri 2. Ibidem ejusdem in hypotheticos syllogismos libri tres ; 4°, optimæ notæ.

90. Cassiodorus de septem artibus et disciplinis ; 4°, optimæ notæ.

91. Boetii commentarii in librum Aristotelis περί ἑρμηνείας ; 4°, optimæ notæ².

92. Disputatio de rhetorica et de virtutibus sapientissimi regis Karoli et Albini magistri ; 4°.

93. Boetius in topica Ciceronis ; fol., optimæ notæ.

94. Aristotelis analytici posteriores ; fol.

95. Isidori opera ; fol., optimæ notæ. Sic incipit : Domino meo et Dei servo Braulioni episcopo Isidorus. Omni desiderio desideravi, etc.

96. Virgilio 1 et 2 liber Aeneidos, litteris majusculis ; reliqua desiderantur.

97. Expositio Boetii de consolatione. Ibidem historia destructionis Trojæ per Guidonem de Columna Messanensem. Ibidem tractatus de conceptione beatæ Mariæ virginis ; 4°.

98. Liber artis grammaticæ ; 4°.

99. Virgilio Aeneidos libri 12 ; 8°, optimæ notæ³.

100. Grammatici Sergius et Pompeius. In eodem libro sunt versus cum hoc titulo : Domino sancto beatissimo atque apostolico et in toto orbe primo omnium papæ Vigilio Arator subdiaconus. Principium prologi : Mœnibus undosis bellorum incendia cernens... In eodem volumine sequitur alius liber imperfectus, in capitibus distributus : Cap. XLV. Terræ positio. Terra fundata est super stabilitatem suam... Sequitur in eodem volumine quo tempore initium anni fuit vel quota luna. Deinde sequitur : Incipit expositio bissexti, vel anni communis seu embolismi. Post sequitur : Dominis a me plurimum reverendis Bonifacio et Bonoso Dionysius episcopus. Reverentiæ paschalis regulas, etc. Sequitur expositio de annis, de temporibus. Sequitur brevis expositio de ponderibus et mensuris ex libro Etymologiarum. Sequitur in eodem volumine : Incipit præfatio. Dilectis-

¹ En marge : 2° *pulpito ad sinistram*.

² En marge des articles 91-94 et 96-97 : 2° *pulpito ad sinistram*.

³ En marge : 1° *pulpito ad sinistram*. De même à l'article suivant.

simo fratri Nothelmo Beda salutem. Quæ de libro Regum, etc. Post incipit liber quæstionum in Regum et est per capita distinctus, et sic incipit : Quod ait Propheta... In fine est : Explicit liber sophismatum in Regum. Ibidem sequitur scarpsa testimonia de quæstionibus Hieronimi : In principio Deus creavit celum et terram, etc. In eodem libro sequuntur multa ad theologiam pertinentia ; titulus est de quatuor Evangeliiis, et sic incipit : Jesum Christum quatuor animalibus... Ibidem sequitur liber medicinæ, sine titulo, et sic incipit : Ad apostemas, quod Græci steotomas appellant... ; in-4°, optimæ notæ.

101. Dialogus sive dialectica Karoli et Alcuini ; 4°.

102. Marcianus Capella ; fol., optimæ notæ ; liber primus deficit¹.

103. Historia Trojæ ; 4°.

104. Valerius Maximus ; fol.

105. Martyrologium ; fol., optimæ notæ. In pr. passio S. Andreae apostoli.

106. Oribasius ; fol., optimæ notæ².

107. Chronica Martiniana : 1^{um} capitulum, de 4^{or} regnis majoribus ; 2^{um}, de regno Babylonæ. Secundum Eusebium (inquiunt) anno primo Abrahamæ, etc. ; fol.

108. Institutiones juris civilis, cum glossis. Ibidem Codicis libri XII, cum glossis ; fol.

109. Annotationes in Digestum ; fol.

110. Apostillæ in libros Codicis et Digestorum a magistro Bernardo Compostellano Hispano compositæ ; fol.

111. Apparatus compositus et formatus a domino Accursio super textu Digesti veteris ; fol.

112-115. Digestorum libri, cum glossis ; fol., 3 tomis.

116. Somma magistri Jo. de Blanasco, Burgundionis legum doctoris ; fol.

117. Digestorum libri XX, cum glossis ; fol.

118. Lectura Dini de Pistorio super Codicem ; fol.

119. Compostellanus in libros Codicis ; fol.

120. Liber Reynfredi de jure canonico. Ibidem tractatus de censibus, procuratoribus et actionibus. Ibidem ordo judiciarius Tancreti ; 1^{um} cap. de officio judicis ordinarii. Ibidem summa de casibus ; 1^{um} cap. de simonia. Ibidem summa de sponsalibus et matrimonio. Ibidem libellus super qualibet actione. Ibidem : Incipiunt notabilia secundum rubricas Codicis Justiniani. Ibidem : Incipiunt sententiæ philosophorum. Ibidem : Incipiunt tituli Decretalium et Digestorum, cum annotationibus, in margine, quæ sic incipiunt : Nunc vero, priusquam ad varietatem actionum transeamus, dicamus quid sit jus, quid lex, quid prætoris edictum, etc. ; fol.

121. Durandi speculum judiciale ; fol.

122. Diadema sive de arte notariæ sive tabellionatus, a magistro Rollandino composita, cum glossis ; fol.

¹ En marge : 1° *pulpito ad sinistram*.

² En marge : 1° *pulpito ad dextram, fort gros*.

123. Apparatus Jo. Monachi in Sextum Decretalium, cum textu ; fol.
 124. Clementinæ cum apparatu Jo. Andreae. Ibidem Guillelmus de Montelaudino ; fol.
 125. Jo. Andreae apparatus super Sextum Decretalium ; fol.
 126. Sacramentale magistri Guillelmi de Montelaudino, doctoris decretorum ; 4^o.
 127. Jo. Monachus super Sextum Decretalium ; fol.
 128. Concordantia discordantium canonum ; fol., cum glossis.
 129. Sextus Decretalium cum apparatu Jo. Monachi et Jo. Andreae, cum pluribus Extravagantibus glossatis ; fol.
 130. Decretalium libri V, cum glossis Bernardi ; fol. Ibidem Constitutiones Innocentii IV, cum glossis. Ibidem Constitutiones Gregorii X.
 131. Beati Bernardi abbatis libri X ; principium libri I deest, 1^{um} cap. lib. 2, de opere nostræ conditionis, 2^{um} de rectitudine hominis, etc. ; incipit liber 2 de homine et anima. Ibidem ejusdem Bernardi, abbatis Clarevallensis, liber unus ad Eugenium. Ejusdem tractatus de interiore homine quemadmodum Deum inveniat. Ibidem ejusdem summa de contemplatione, quomodo debeat ædificari domus interior conscientiæ. Ibidem Anselmi archiepiscopi liber cur Deus homo. Ibidem ejusdem commentarius super librum qui dicitur Imago mundi. Ibidem testamentum XII patriarcharum, filiorum Jacob. Ibidem ejusdem de corpore et sanguine Domini, sive de sacramento altaris libri 3. Ibidem ejusdem tractatus contra Simoniacos. Ejusdem liber de similitudinibus. Ibidem epistola beati Cypriani de raptu virginum. Ibidem ejusdem epistola de singularitate clericorum. Ibidem expositio Hugonis super canticum Mariæ, cum pluribus aliis ejusdem tractatibus quorum ultimus est de virtute orandi. Ibidem beati Bernardi de gratia et libero arbitrio. Ibidem ejusdem de XII gradibus humilitatis. Ibidem domini Odonis, Cameracensis episcopi, de originali peccato ; fol.
 132. De vita et honestate clericorum ; fol.
 133. Sextus Decretalium, cum apparatu Guidonis de Baysio ; fol.
 134. Durandi speculum judiciale ; fol.
 135. Clementinæ, cum apparatu Jesselini de Cassanis ; fol.
